

1978

L

1507

Is ex libris fratris Bonifacii est / qui pro comodo fratris / et cuius
libet christicole bene utentis huc repositus est. Petit suffragium
pro anima sua ex charitate.

Oratio Joh Clerici / pro Henrico 8 rege Anglie / et
francie rege potentissimo apud leone papa demum

Item de Baptismo paruulorum contra luth. Cochle

Item de fomite peccati: Cochle

Item libri 4 aduersus Velenum Lutheranum de petro & thoma ¹⁶⁹ Cochle

Item Articuli Martini Lutheri ex sermonibus eius
sex et triginta.

Item 1. buchlin wider die bauwe. martin Luther
vñ darnach Cochleus antwort

J. q. 151.

IO · CLERK · PRO

HENRICO · VIII · ANGLIAE ET FRAN

ciae Rege Potentissimo fidei defensore, apud

Leonem · X · Pont · Max · Oratoris : in ex

hibitione Regij Libri in consistorio

habita oratio :.



Handwritten signature or mark, possibly "R 213".

✠ HIERO, EMSER. LECTORI. S.

✠ Salve Lector catholicæ, Regij oratoris oratiunculam hanc, qua munus regis sui verbis ornauit, iccirco tibi præmittimus vt ad librū ipsum regium, oñibus numeris absolutum, maiore desiderio incalescas, Quem duplici prælo iam suppositum, paucos post dies, duplici etiam lingua, nostrate scilicet & latia, opera nostra accipies. Interea ab vberibus matris tuæ, ecclesiæ catholicæ a pellicibus istis auelli caue: ne cum adulterino & polluto lacte simul ipse polluaris, Vale foelix & esto fidelis :.



78 L 1507

IO. CLERK. PRO HENRICO. VIII. AN-

glie, et Fracie Rege Potētissimo fidei defensore,

apud Leonē. X. Pont. Max. Oratoris ; in

exhibitione Regij Libri in consistorio

habita oratio .

HIS PROXIMIS annis in Germaniæ Vuıntenber
genſi gymnaſio, ex huſſitanorum hæreſum latibulis
nata primo, deinde orbis chriſtiani nullis non finib⁹
ſparſa pernicioſa Marthini Lutheri dogmata, quanta Be
atiſſ. pater turbas excitauerint : quam ſimpliciorū animos
deceperint : quot applauſores, quot aſſeclas inuenerint : &
quid hæc notiſſima ſunt, & quid locus hic modum, potius
q̄ copiam expoſtulat : non curo referre. Sane cū plura ex
tent Lutheri opera, quæ ille toto iam pene orbe æditis li
bellis impie ſparſit : hoc tamen ipſo opere, cui de Babiloni
ca captiuitate eccleſiæ titulum impoſuit : nullum execrabi
lius, nullum virulentius, nullum humano generi pernicio
ſius. In quo refellendo cōplures quidem graues, ſimul &
eruditi viri inſudarunt. Sereniſſ. quoq̄, atq̄ inuictiſſ. Prin
ceps, & dñs meus Henricus Angliæ, & Franciæ huius no
minis Rex Octauus Sāctitatis tuæ, & ſacroſanctæ Roma
næ eccleſiæ filius addiſſimus libellum in hoc ipſum op⁹
conſcripſit : tuæq̄ ſanctitati dicatum per me offerri, tradiq̄
iuſſit : Quem hic preſentem prius q̄ acceperis : per te lice
at Beatiff. pater pauca, de Regis mei erga te, & hanc ſacro
ſanctam Sedem pietate, atq̄ obſeruātia, reliquaq̄ æditi ab
eo operis ratione edicere. Non alienum quoq̄ erit, hoc in
loco aliquid de huiusmodi horrendo, & immani mōſtro,
ipſiuſq̄ telis, ac veneficijs, quibus genus humanum para
bat inſicere : præfari : & illum in tuæ Sanctitatis conſpectu
ſuis quaſi coloribus depingere : vt quanto formidabilior
hoſtis, & grauius ab eo periculum oſtendetur : tanto ſpe
cioſior proſtigato hoſte, amotoq̄ periculo triumphus ap
pareat. Sed per deum immortalem quæ tam atrox oratio :

A ij

quæ tam incitata, atq; in flammata dicendi vis: vt possit in
spurcissimi hominis sceleribus sufficere: qui tunicam Chri
sti inconsutile scindere, & tranquillū ecclesiæ statū cōtur
bare aggressus, cū nihil tibi Beatiss. pater pl⁹ iuris in eccle
sia dei, egregius rerū estimator relinquat, q̄ ceteris plebeis
sacerdotibus: ipse tamen ministrorum ecclesiæ mores Ter
tius scilicet de cœlo lapsus cato, intempestiue damnat. Ro
mam peccatricem, miseram, adulteram, veram deniq; Ba
bilonem appellat, te Christi in terris vicarium hæreseos in
simulat: & se ter apostatam, quoties de christiana fide ex
plicanda est quæstio: Petro apostolorum principi autori
tate parem facit. Et quo magis illū religioni, q̄ moribus in
fessum appareat: decretaq; patrum, Sanctissimas leges, qui
bus omnis bene, recteq; viuendi disciplina continet: suis
impurissimis manibus igni cremandas tradidit: nihilq; in
ausum audacissimus relinquens, hunc tandem de Babilo
nica seruitute librum edidit. In quo deus bone: quanta, &
qualia portenta, quantū virus, q̄ tabificum, & exiciale ve
nenū, non tantū in malignos nostri seculi mores, quid ali
quo modo ferendū fert, non tantū in te, sed, in officiū tuū,
in ecclesiasticas Hyerarchias, in sedē hanc, & petram adeo
positā, in hanc deniq; totā templi dei machinā serpens ma
lignus effudit. Hic, cōtinentiæ confractū vinculū sacra ie
iunia, religionis vota, ritus, cærimoniæ, dei cultus, missarū
solēnia, per inauditam perfidiā profligantur, exterminan
tur. Hic sacramenta suo modo instituit: ad tria, ad duo, ad
vnū reducit, quid ipsum vnū ita ad minutiā tractat, vt vide
atur aliquando ad nihilū reducturū. O summā impietatē.
O fœtidissimā, & maxime execrabilē hominis sordē, quas
nō ibi profert in superos, superumq; ministros blasphemi
as ex calūniarum, mendaciorūq; colluione confusas, sine
lege, sine modo, sine ordine: Socratem appollinis oracu
lo sapientissimū iudicatū Athenienses veneno sustulerūt:
quid contra vulgo receptas de deo opiniones, & contra
illam, quæ nunc optima in terris credebatur: religionē dis

sereret. An hic impijssimus christianę religiōis eversor ob
hęc tam impia in summū deum scelera a christianę religi
onis assertoribus meliora sperabat? At non sperabat qui
dem, qui in Bohemiam heresum suarum parentem, & al
tricem supplicij metu, quo se dignissimum cognoscebat:
ad perpetuas latebras in malum crucē aufugit. Qui si mā
sisset: tuq; Beatiss. pater eius petulantiam liberius euaga
ri passus fuisset, quantū periculum, q̄q; atrox incendium
hęc pestis rebus christianis attulisset: sit exēplo hussitana
hæresis. Quæ, si modicis contenta inijtis superiorum ne
gligentia ad tantam magnitudinē excreuit: vt vrbes, popu
los, immo amplissimū, & locupletissimū regnū Bohemiā
totam a christiana fide euerterit: & ad eam, in qua nunc ia
cet: miserā redegerit. Quid hanc rabiem facturam arbitra
mur, que tam præcipiti, & effrenato furore fertur: que ves
lut erynnis quædam ad omnia extemplo confundenda ab
inferis missa in ijs suis, quæ ipse vocat preludijs: sic furit:
sic debacchatur, vt nihil reliqui fecisse videat, in quo iterū
insaniam. Quæ hussitanis vestigijs inherens tantū insuper
veneni addidit, vt nunc tanto formidabilior hostis appare
at: quāto magis hæresiarchas oēs doctrina æquat: spiritu, et
iniquitate vincit, tātō quidē grauiore cū periculo, quanto
male inceptis peiora addere facilius est, quam male incipe
re: & inuenta auge. e, quam inuenire. Cæterum tu Beatiss.
pater gregi tuo prospicere voluisti, & fumo iam adaper
tum incendium, & flammam erupturo occurrens, nihil præ
termisisti, quid vel ad tatorum malorū emendationem, vel
ad ipsorum authoris reconciliationem primū, deinde pœ
nam, & exterminationem pertinere potuerit. Cæsarem q̄
q; tum rei tantæ indignitas, tum tuæ Sanctitatis, & Regis
mei literæ excitarunt, vt hominem nullis non contumelijs
affectum in exilium mitteret. Docti vndiq; & eruditiss. vi
ri æditis operibus se, tanq; Clypeos contra huius teterrimi
nebulonis iacula pro fide Christiana opposuere. De alijs
nationibus dicant alij, Mea certe Britannia Anglia recen
A iij

moribus dicta, in remotissimis terræ finibus cosmographis
sita, imo a terra oceano distincta quæadmodum in dei, &
christianæ fidei cultu, ac debita erga Ro. Ecc. obedientia,
non Hispaniæ, non Galliæ, non Germaniæ, nō Italię, nul
li deniq; viciniore nationi. Sed nec Romæ ipsi vnq; cessit:
Ita nulla natio est: quæ huic portento, & natis ab eo hære
sibus magis aduerset; magis damnet; magis detestetur, In
quo præclarissimæ laudis genere illi ipsi, quem iam cōme
morauī, deditissimo filio tuo Henrico Regi quem ante po
nā, habeo neminē, Qui quū primū istius Imperij dignita
tem integritate, & virtute tua illustratā, & multis, magnis
q; rebus a te gestis amplificatā in cōmune orbis terrę odiū
tam indigne vocari, fœdari, lacerari; diuina, & humana p
phanari, miseriq; oīa intellexisset, nō solū tam procacem,
suo primus calamo audaciā cōpescuit, suffusasq; tenebras
ingenio depulit cōposito libro, non minori sibi apud pos
teros (nī fallor) gloriæ, q̄ apud Sanctitatē tuam admiratio
ni futuro, verūetiam in hunc insignē tantorū malorum ar
chitectorē, eosq; qui vbiuis gentium tanto sceleri sunt affi
nes, tanq; in legum, iudicioꝝ, bonorū omniū, huius loci,
Christi deniq; crucifixi inimicos, & hostes maxie capita
les se armis, & vlticibus flāmis animaduersum publicę in
terminatus est, idq; palam per me in hoc celeberrimo Sena
tu suo nomine cōfirmari iussit: Se more maiorū, loci huius,
romanæq; Sedis authoritate, & dignitate nihil antiquius,
nihil sanctius ducere. Eandē se authoritatē, & dignitatem,
piissimos præterea ritus, cærimonias, sacrum dei cultū, no
bis, ab ipsis Sanctissimis apostolis, quasi per manus tradi
tū, contra omēs gentes, & nationes pro suis, regniq; sui q
buscūq; viribus defensurū. Et cū non paucos præterea ha
beat hæc nostra Britannia celebres viros huius Sanctę Se
dis studiosissimos, Mirū q̄ inter cæteros, velut sidus aure
um resplendat Reuerendissim⁹ in Christo pater Tho. tt.
Sanctę Cecilie Presbiter Car. Archiepiscopus Eboracē.
Primarius regni illius Cancellarius, tuus & apostolicæ se

dis in locis illis Beatissimi. pater a latere legat⁹. Qui, quo ma-
gis pro ratione dignitatis & te, & hunc ampliss. Senatū, cu-
ius honorabile mēbrum existit: venerat, & colit: tanto ma-
ioribus hunc pessimū hominē, qui tantā foedare, & labefa-
ctare Maiestātē conatus est, odijs persequitur, & perditū
iri cupit: tantoq; maiore cura, studio, conatu quæ ad eam
rem pertinebant: absoluit. Rescripta in primis Sanctitatis
tuæ, quibus tu hūc tam insignem hæresiarchā tuis fulminis-
bus hominū cōmercio priuasti, atq; ad tartara, & tenebris-
cosissimas vmbas ablegasti, om̄ibus locis publicari fecit:
cōciones his de rebus, per disertissimos viros ad populū fi-
eri curauit: & quo maior fides, & amplior rebus gestis au-
thoritas inesset, ipse interesse voluit, Lutheri libros cremā-
dos curauit. Cœtū viroꝝ vndecūq; doctissimorū, quo in
hunc scriberent, conuocauit, eosq; suis inpenis mensibus
aliquot aluit, nec sine præmijs dimisit. Serenissi. Regi meo
librum hunc tantorū malorū exterminatorē, & vltorē cō-
ponenti, & suator, & laudator extitit. Ita, vt nūc dijs bene-
iuuantibus tēpora nullibi, qua apud nos habeant pacatis-
ora, aut magis tranquilla. Simplicioribus anīs, si quis ex
nouo dogmate conceptus est: is omnis cū radice adempt⁹
est scrup⁹. Non voces resonāt apud vulgū ambiguae, nō
murmur, nō querellæ. Om̄is anī fluctus, oīs innouati mū-
di, & nunc regnantis antechristi horror euauit. Sed iam
video occupatiss. Sanctitatis tuæ aures exitum tandem no-
stræ orationis expectare, quæ iam perorabitur. Sed prius
est a me huiusce a Serenissimo Rege meo suscepti operis
adenda ratio. Nam id vehementer admiraturos plerosq;
arbitror, quid principē tot regni domi, forisq; curis distri-
ctum, cuiq; tam parū a suis sibi negocijs est ocij: potissimū
impulerit, vt ea aggredere: quæ totū, (quid aiunt) hominē
exigunt: & cū quidē hoīem non tironem, sed veteranum,
& qui oēm consumpsisset in literis ætatē. Verūenimvero
qui illius res pro Christi fide gestas & solitā erga hanc sa-
cro sanctā Sedē obseruantia considerauerit: non vsq; adeo

mirabitur, si, qui olim Romanā laborantē Eccle & in sum-
mis belli calamitatibus constitutam corporis viribus, gla-
dioq; vltore defenderit: idem nunc in longe maiore peri-
culo hæreses calamo, & ingenij viribus cōprimendas ad
dei gloriā, & sacrosanctæ Ro. Eccle, quietem suscepit.
Quod si nemo sincera mente christianus tanta mala in Ec-
cle, dei serpentia patere, quin & studiū, & quascūq; vires
posset, opponeret. Quid principē facere oportet, atq; eum
quidē principē, quē constat ob eam præcipuā causam ad
id honoris, & dignitatis diuina prouidentia euectum, vt ca-
tholicam fidē protegat, & christianam p̄fessionem a pesti-
feris ingenijs illesam tueat? An mirabimur si pietas huic
& christiano, & principi extorsit, quid cuiq; christiano ex
officio incumbit? Hæc itaq; Beatiss. pater huius susceptæ
ab eo prouinciæ summa ratio, solita erga Sanct. tuā obser-
uantia, christiana in dei causa pietas, & conceptus pro re-
giæ dignitatis ratione ob spretam religionē dolor, & in-
dignitas. Potuisset (fateor) ad hæc eadem trahi gloria, vt q̄
sub optimis præceptoribus, & minime indulgēte patre in-
euntem omnē in bonis l̄ris ætatem cōtriuuit, ac deinde in sa-
cris noui & veteris testamenti scripturis plurimū versatus
vt olim, ingenij viribus confisus non sine summa gloria se-
pius cum Britannia peritiorib⁹, ita nūc cū Luthero nō cō-
temnendæ alioqui eruditionis viro spe gloriæ ausus vide-
atur in l̄rarū certamen descendere. Neq; equidē video vbi
aliunde hunc ipsum scientiæ thesaurū, talentū haud dubie
a deo in hoc datū cum maiore aut gloria locaret, aut fœno-
re reponeret. Cæterū quam pio principi eruditionis vires,
quæ cæteris satisfaciunt omnibus, in hac re minime applau-
dunt, satis cū modestia ipse in operis sui proœmio testatū
facit: ibi enim doctrinæ, ac virium imbecillitatē excusans
tantū sibi arrogat, vt profiteatur, & munus hoc multis ab-
solui potuisse vberius, & se longe imparē, solo diuinę be-
nignitatis auxilio confisum instigante pietate, ac læsę reli-
gionis dolore attentasse, tantū vt Lutherianas hæreses rati

ore detegeret. Non quod putaret gloriosum cū Luthero contendere, homine despecto, exhibilato, & toto iam orbe conclamato: sed inter cætera, vt orbi quoq; testatum faceret, quid ipse de hoc immani portento, tot ipsi vndiq; applaudentibus fautoribus sentiret. Existimās sua plurimū referre, id ipsum publicitus scripto profiteri, Non tam, ne silentium quis in conscientiam duceret, q̄ vt alios, eosq; potissimum, qui locupletius scientiæ donum a luminis datore accepissent, sui exemplo ad id ipsum cogeret. Deberent (fateor) quæ per pium principem in Lutheri hæreses scribuntur: Lutherum ipsum, si vel mica christianæ pietatis in homine esset, ad palinodiam cogere & palantem, tabidamq; pecudem non ab errore tantum, sed ab inferis q̄q; quo infelix properat: ad ouile reuocare. Sed qd agas? vbi cor Pharaonis induruit: vbi vlcus marcore putet: vbi mentita sibi iniquitas callum obduxit: nolens audire vt intelligat, nec intelligere vt bene agat. Grandi profecto dei miraculo opus est, vt ille mentē mutet, consiliaq; in meli⁹ referat. In quem, quæ hæctenus ab eruditissimis viris dicta sunt, nihil amplius profecerunt: quam vt his irritatio factus, in dies peiora tentaret: tantum sane abest vt Serenis. Rex meus quicq; boni ab hoc idolo, & inani simulachro speret: vt putet cum illo furioso, & rabido cane tanq; reb⁹ desperatis, non hoc orationis filo, nec aliter cum illo luctandum, aut cōgrediendū esse, q̄ mucrone districto, ac tormētis illis, fulminibus, cæterisq; machinis bellicis, quibus turchas ipsos, si p̄ tēpora liceret: impeteret, quo hunc pena cōpressum si non ad sanitatem, vt ad timorē saltem aliquādo reduceret. Et quia gladio dei causam, & tuā Beauiss. pater vlcisci non potuit, alijs corruptis armis in hunc literarium campū descendit: non, vt cum hac hydra alter hercules in hoc genere pugnae conflictaret, sed quia hæc illius viperæ rabies nullibi liberius q̄ in hoc Babilonicae captiuitatis libro ad dei ignominiam grassatur: nec alibi fortioribus ad simpliciora euertenda ingenia videt̄ p̄sidijs suffulta. Iccirō

eo huius amolitionē operis aggressus in illud ingenū qui
buscūq; viribus, machinisq; irruit, pñ simul & magnanimi
imperatoris officio functus, cuius ex rei militaris discipli-
na sunt partes, vbi hostis fortius vrget, illic maxime militi
suppetias afferre. Quod sane ipsius factū, quantūcūq; a p-
nitioribus regni illius approbare, nō aliter tamē in publi-
cū emittere statuit, q̄ tu Beatif. pater, a quo debemus euā-
gelij sensa suscipere: tuo acri, sublimiq; iudicio dignū prius
iudicasses, quid per manus hoīm ambularet. Itaq; Sancti-
tas tua boni consulat, & libellum hunc ad se missum, sibiq;
dicatū grato animo ad examē suscipiat: Quo certe pius si-
mul, & tui studiosissimus princeps hoc in primis omnib⁹
neruis tentauit, vt rudiorib⁹ ingenijs nequitia peruersi ho-
minis ad deteriora protractis sua opera, quoq; modo con-
suleret. Sperat autē consecuturū se, vt saltē hoc suo conatu
suā erga christianā religionem, & erga tuam Beatitudinē
obseruantiam abunde approbasse videatur.

DIXI :.

IN HAEC FERRE VERBA
Respondit Sanctissimus Pont.

Librum hunc omni animi hilaritate suscipimus: est sa-
ne talis: vt in eo ipso nobis, & Venerabilibus fratrib⁹
nostris nihil potuerit mitti gratius. Regē vero ipsum
potentiss. prudētiss. ac vere Christianiss. nescimus laudem⁹
magis, an admiremur: Qui primū bellicis armis decertans
Ecclesiae christianae hostes, toties inconsutilē Christi tuni-
cam scindere molientes, veluti hydræ capita sæpius recisa,
ac subinde subcrescentia felici successu domuit: & tandem
dei ecclesie, atq; huic Sanctæ sedi pacem deuictis hostibus
restituit. Nunc vero, quid aduersus monstrum hoc teterri-
mū hūc librum conscribere simul sciuerit, potuerit, volue-
rit, non magis sese toto orbi terrarū admirabilem ipsa sty-
li elegantia, q̄ ingenio præbuit, Creatori nostro gratias a-

gimus immortales: qui talem principem ecclesie suae, atq;
huic Sanctae fedi defensorem concessit. Eundem suppliciter
orantes, vti huic tali suo principi vitam felicem, atq; omnia
optata multo benignissime annuat, & post hanc vitam in reg-
no suo coelesti coronam adseruet perpetuam. Nos, quantum cum
deo ipso possumus; eius Regie Maiestati in his, quae ad hono-
rem, & dignitates, Regni praeterea ipsius ornamenta spec-
tabunt; nullo in posterum modo sumus defuturi :-

gimus in notariis... ecclesie...
hinc sancti... concessit...
omnes... vult...
optat...
pro suo...
deo...
rem...
exp... in posterum modo...



ULB Halle 3
001 928 880


sb





et HIERO. EMER. LECTORI. S.
et Sancti lector catholice Regij oratoris orationibus
IO CLERK PRO
HENRICO. VIII. ANGLIAE ET FRAN
ciae Rege Potentissimo fidei defensore, apud
Leonem. X. Pont. Max. Oratoris : in ex
hibitione Regij Libri in consistorio
habita oratio :.

Handwritten signature or initials in black ink, possibly reading 'J. Clerk'.

Faint handwritten number '2213' in blue ink.

